



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 38. Vnde uoluntas censetur bona seu mala?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

L I B E R II.

fam esse eius, quod est nihil: vt est peccatum. Verum priorem sententiam libenter amplectimur. Nec difficile est soluere alterius partis rationes, distinguendo inter peccatum in quantum actus, & in quantum deformitas: secundum quam etiam distinctionem diuersæ autoritates accipi possunt & concordari.

Porro cum dicitur, Deum mali causam non esse, quod omnes tenent nomine mali poena intelligenda non est, sed peccatum. Alioqui verum non esset, quod dicitur: Non est malum in ciuitate, quod deus non fecit. Et, Ego sum Deus creans malum. Poenæ enim malæ quidem sunt malis: in quantum autem iustæ sunt, à Deo sunt & bona. Sicut & Deus dicitur mortem non fecisse, id est, hoc pro quo mors infligitur, scilicet peccatum: & tamen scriptum est, mortem à Deo esse, scilicet in quantum poena est.

Amos. 3.

Esai. 45.

Sap. 1.

Eccle. 11.

Caput 38.

Vnde uoluntas censetur bona

seu mala?

EX fine suo uoluntas rectitudinem vel peruersitatem accipit: *Aug. lib. 11. ca. 6. de Trini.*
vt à bono bona fiat, & à malo
E s mala.

LOCORVM COMMVNIVM
mala. Est autem finis bonus chari-
tas, qui tamen ad vltiorem finem
ordinatur, scilicet ad Deum. Hinc bo-
næ voluntatis finis est charitas, bea-
tudo, vita æterna, & Deus ipse. Finis
autem malus est delectatio in aliquo
vitioso.

*Psal. 118.
2. Tim.*

Possunt ergo tam bonæ quàm ma-
læ voluntatis esse plures fines inter-
medij, qui sunt quasi iter quoddam
& via ad vltimum finem peruenien-
di.

*Lib. 2. de
serm. do.
in monte,
cap. 24.*

Cui nec obstat, quod Augustinus
dicit, non posse duos simul fines con-
stitui. Hoc enim verum est, vbi vnus
in alterum nõ refertur: quod tamen
fit in proposito.

Notandum etiam non idem esse
omnino voluntatem, quæ nominat
potentiam: & intentionem, quæ mo-
tus est, quo ad ipsum finem tendimus,
& finem in quem tendimus.

*Aug. lib.
1. cap. 6.
de Trini.*

An autem etiã idem actus sit, quo
quis vult finem, & ea quæ sunt ad fi-
nem, an vero sint actus diuersi, dubi-
tant nonnulli, potest tamen concedi
vtrumq; sub distinctiõne. Potest enim
in vtrumq; voluntas absolute & se-
cundum se ferri, & sic sunt duo mo-
tus voluntatis: vel in vnum propter
aliud, & sic erit vnus.

Caput

L
Qui fit u
tas,

V
in
po
ob deordi
Ethic
seu senten
nia esse be
Sed qu
non ita sit
tius, vt me
rius illi di
rum non
modo que
tione ino
eorum m
est, quod
eiusdem g
tatis, eo q
respuende
voluntati
voluntas
Vtrum
motus, qu
respuit, a
tiunt: qua
uersos.